



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

0

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 14 Nihil edatur sine licentia Vicarii sub pena amissionis officii. *ibid.*
- 15 Denuncient legata pia post tres saltē menses à morte testatorum sub pena excommunicationis ipso facto. Prou. 2.
- 16 Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute sanctæ obedientiæ & sub pena priuationis officiorum, ac solutione dupli, reuelare omnes dispositiones in fauorem Sac. Aedis Lauretanae factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponenti, extra Italiã intra verò, infra tres menses. Pius V. *apud Naldum V. Eleemosyna. n. 12.*
- 17 Si autem dispositio esset inter viuos, intra idem spatium à die solutionis faciendæ computandum. Idem *ibid.*
- 18 Quàm breuissimè possunt, scribant reiectis superuacaneis, maximè in repetitionibus dignitatis iudicium, vel litigatorum. Prou. 1.
- 19 In criminalibus potest Episcopus vii Notario criminali ciuitatis, qui, si aduenia sit, non excedat tamen taxã sub quouis pretextu. Congr. Ep. 14. Apr. 1615.
- 20 Vbi non sunt Notarii in Diocesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa maior ne sit, quàm Notariis prescripta. Prou. 3.
- 21 Cancellariæ ne vendantur, locenturue: nec earum nomine quidquam solvatur quotannis quouis pretextu. Prou. 1.
- 22 Tabella edatur eorum, quæ sunt expediendæ gratis. Prou. 5.
- 23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum seruetur decretum Concil. Trid. *ibid. V. Litr. dimissorias & testimoniales. num. 14. 15.*
- 24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in iuramento supra posito. Prou. 4.
- 25 Idem extenditur ad scriptores Cancellariæ Episcopalis. Prou. 5.
- 26 Mercedem, quàm acceperint, scribant in sine causæ, seu processus, notatis diebus, quibus diuissim acceperint. Prou. 4.
- 27 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil prorsus utilitatis priuatae ad Episcopum, eiusue mensam, aut Vicarium aliosue nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros perueniat, sub

- pena quadrupli in Ecclesiæ restoratione, vel sacrificiæ usum erogandi. Prou. 5.
- 28 Certus in ea habeatur liber proflisio- num Ecclesiarum, Parochialium præsertim, aliorumq; beneficiorum, quæ examine adhibito conferuntur, in quo scribantur acta examinis, dies vacationis, & modus dies edicti, & protogationis eiusdem; nomina examinatum, & examinandum; dies examinis, reiectorum, approbatorum, nomen electi ab Episcopo, & his similia. *ibid.*
- 29 In alio libro scribatur confessariis, cõcionatores approbati, seu reiecti cum nominibus examinatorum. Itè ordinati, & alii, qui examini subiiciuntur. *ibid.*
- 30 Alia notabilia, & criminalia quocumque in tabellas referantur. *ibid.*
- 31 Notarios Episcopales tenentur omnino sibi sumere Iudices, & alii in litteris remissorialibus, & compulsorialibus Ecclesiasticis deputati in iis exequendis. Prou. 7.
- 32 Notarius Episcopi gaudet priuilegio fori. Gratian. *disc. cap. 340. tom. Et si delinquit, etiam sit laicus, punitur ab Episcopo. Ricc. in prax. ref. 471. num. 3. V. Forum Episcopale. n. 31. 59. 68.*
- 33 *Visitatio Episcopi. n. 58.*

A D D I T I O.

Nuncius Apostolicus.

- 1 Non debet exercere Diuina in Ecclesia Archiepiscopi sine eiusdem licentia. Congr. Rit. 9. Martij 1593.
- 2 Neque potest ordinare clericos illius Prouinciæ ordinibus sacris sine facultate sedis Apostolicæ, sub pœnis *Conc. Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1633. Vide. Archiepiscopus.*

Oblationes.

- 1 Oblationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missæ sacrificium obliuiscet ut, & ubi non est, restitatur. Prou. 4.
- 2 Aliis in Ecclesiis interdicitur oblatio. *ibid.*
- 3 Ad consuetudinem retinendam, oblatio-

fationum populi cogi possunt, non à sacerdote, sed ab Episcopo, cuius auxilium est implorandum. Syl. *V. Decima. quest. 2.*

- 4 Non potest ciuitas per statutum mutare resolutas oblationes, idem *ibidem secundum.*
- 5 Oblatio in Missa fiat dum cantatur Offertorium, & omnino ante oblationem Hostiæ. Prou. 4.
- 6 Primo mares, deinde feminae offerant. Prou. 1.
- 7 Neque patena, sed crux, aut sacra imago ad osculandum eo casu præbeantur. Prou. 3.
- 8 A notoriè criminosis ne accipiatur oblatio. Prou. 4.
- 9 Nec ideò sacerdos longe discedat ab altari, minusque per Ecclesiam eidem ire liceat ordinariè *ibid.*
- 10 Offerentium commemoratio fiat in Missa. *ibid.*
- 11 Oblationes factæ in Missa Episcopi celebrantis in aliqua Ecclesia Parochiali, sunt Episcopi, nisi celebret ibi nimis frequenter. Genu. *infra n. 8. 9.*
- 12 Oblatio facta in Cathedrali, nisi ad certus usus fiat, Episcopi arbitrio reseruetur. Prou. 4.
- 13 In Parochiali facta, seu in alia Ecclesia de licentia superiorum intra fines Parochiæ, Parocho detur. *ibid.*
- 14 Oblatio facta cappellæ, seu altari, in dubio præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, & est Rectoris, non capellani. Genuens. *in praxis Neap. c. 57. quest. 2. n. 3.*
- 15 Occurrènte festo principali in die Dominico, oblationes, si ad diuersos attinent, ratione festi, & Dominicæ, diuidantur. idem *ibid. nu. 11.*
- 16 Pactio quæuis de diuidendis oblationibus, irrita sit, & puniatur. Prou. 4.
- 17 Neq; locari possint oblationes future, neque super his contractus iniri, pena graui, etiam Parocho, proposita. *ibid.*
- 18 Neque imagines cereæ voti causa oblata venditari possint sapius, incòsulto Episcopo, neque vendi etiam si sint contractæ. *ibid.*

V. Missæ ritus. n. 211. supra nu. 13. 14.

ADDITIO.

- 1 Quæ fiunt tempore Iubilæi vel anno sancto in Ecclesia cathedra-

- drali, spectant ad Archipræsbyterum, cui incumbit animarum cura, non ad Episcopum. DD. *inm Barbos. de iure Eccl. 3. cap. 23. num. 27.*
- 2 Quæ fiunt imagine depictæ in pariete domus alicuius personæ priuatæ Parochiati Ecclesiæ debentur, intra cuius fines situs est paries, nisi offerens obtulisset contèplatione Domini domus, puta, quia pauper &c. *id. n. 26.*
- 3 Parocho nimirum, non Episcopo, decifum refertur *ibid. nu. 29.*
- 4 Oblata celebranti in Ecclesia, cedunt illius Rectori. *ibid. nu. 28.*

Olea Sacra.

- 1 Episcopus duarum ciuitatum debet conficere Chrisma, & Olea Sacra alternis annis in ytraque. *ca. te referente 12. Gratian. in discip. for. to. 4. discip. 655. num. 74.*
- 2 Tempore interdicti potest publicè consecrari Chrisma. contra communem, probat optimè Barb. *all. 31. n. 25.*
- 3 Ad eius consecrationem omnino adsint ii, quos vocarit Episcopus. Prou. 1.
- 4 Ad sacra olea accipienda mittantur tres phialæ stannæ intra capsulam, ita clausæ, vt minister solus Ecclesiæ Cathedralis eam aperire possit nullus alius in viâ. Prou. 4.
- 5 Capsula corio sit tecta, vel certe sit ligneâ. *ibid.*
- 6 Ab eo deferantur tantùm, qui sit in factis. Prou. 2.
- 7 In Cathedrali notetur in libro nomè illius cui dantur. *ibid.*
- 8 Regulares non aliunde, quàm à propria Cathedrali olea sumant, aliàs puniantur. Prou. 6.
- 9 Et Ordinarij permittant oleum sacrû apud Regulares ad eorum usum tantùm. Congr. Episc. 13. *Iulij 1589.*
- 10 In distributione oleum nihil recipiatur eadem. *Septembr. 1604.*
- 11 Vetera olea comburantur in lampade, quæ ardet ante Sanctissimum Sacramentum, bombice in sacrificia exusto. Prou. 4.
- 12 In casu necessitatis vt poterit Parochus oleo vetere sacro. Congr. Episc. 20. *Martij 1590.*

- 13 Sacro oleo nouo deficiente, si aliunde non suppetit, guttatim infundatur oleum non consecratum. Prou. 4.
- 14 Duo vaseula pro singulis olei adsint quorum alteram, vt dictum est, pro ijs recipiendis. *ibid.*
- 15 Vbi plures Parochi in eadē Ecclesia, ibi plura vasa sint olei infirmorū. *ibid.*
- 16 Inscriptiones fiant hoc modo salte in v. sis. CHR. CATH. INFIR. *ibid.*
- 17 Thecæ vasorum sint ex corio, & intus ornata serico rubro. *ibid.*
- 18 Sacculus addatur, & pro Chrismate albus. *ibid.*
- 19 Pro oleo infirmorum sit violaceus, cum cordulis vt de collo pendens ad ægrotos deferri queat. Prou. 3.
- 20 Asseruentur olea in Ecclesia tantum nisi quibus concesserit Episcopus oleū infirmorum tenere demi ob distantiam domicili. *ibid.*
- 21 Et eo casu domi infenestella locetur panno serico vestita intus, & sub clauē. Prou. 4.
- 22 Clauēs oleorum semper sint apud Rectorē Ecclesiæ, neque clerico committantur. *ibidem.*
- 23 Seruetur in bambacio, quod defertur ad ægrotos. Rituale Roman.

Oracula vine vocis.

- 1 **R**euocata vnt qualiacūque, & qualitercūque concessa. Greg. XV. Anno 1622.
- 2 Exceptis ijs quæ ad supplicationem Regum & quæ ad fauorem Cardinalium, vel pro quibus Cardinales ipsi in scriptis testimonium prebuerit. *ibid.*
- 3 Omnia aboleuit, & cassauit, etiam ad instantiam Regum, & Imperatorum concessa, quibuscūque Generalibus, superioribus, etiam Societatis Iesu secularibus, & Regularibus. Urban. VIII. Anno 1632.*

Oratio publica.

- 1 **N**E fiat hæc oratio coram Sacramento per 40 horas, nisi vbi assidue asservatur Eucharistia, & vbi Episcopus concesserit. Prou. 4.
- 2 In Cathedrali quoties inchoatur Or-

- do fiat cū apparatu maiori, cōcurrente toto Clero, & populo; tūm ad processiones, tūm ad orationē, cū distributione horarū, & sermonibus pluribus. *ibi.*
- 3 Non deferatur hac occasione Eucharistia extra ambitum templi. Prou. 1.
- 4 Cerei minimum sex, ad summum decem; lampades non plures ti decem, nec pauciores tribus. Episcopus concedere plures cereos potest. Prouinc. 4.
- 5 Per horam antequam in vna Ecclesia terminetur, in altera inchoetur, si continuata est oratio. Prou. 1.
- 6 Romæ biduo durat hæc oratio, ita vt manē inchoetur, & manē finiatur. Instruct. Rom. de Horis 40.
- 7 Catur Missa votiuā de Sacramento, tūm initio, tūm in fine orationis. *ibid.*
- 8 In festo primæ, vel secundæ classis, siue in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis in Collegiatis, vel duæ Missæ cantentur festiuæ, & votiuæ, vel vna de die cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti. Gauantus 1. rom. Thesauri. sac. x. c. u. p. 2. tit. 14. n. 4.
- 9 Habetur ritus proprius huius Missæ. *ib.*
- 10 Clerici saltem sex intersint processioni. Prou. 4.
- 11 Duo semper assistant, quorum alter saltem sit Diaconus, & noctu vnus saltem in sacris. *ibid.*
- 12 Diuisio sexuum curetur; noctu vero nemo, nisi custodes orantes, conueniat. Prou. 1.
- 13 In Ecclesiis Monialium, si fiat oratio, noctu nemo prorsus intronitatur, & reposita Eucharistia orent in Choro Moniales. *ibid.*
- 14 Si noctu nemo potest assistere, reconducatur Eucharistia, & interdū compensetur oratio. *ibid.*
- 15 Clausa sint ostia noctu. *ibid.*
- 16 Signa cum campanis dentur pridie, & ipso die Prou. 4.
- 17 Sermones breues habeantur populo frequentiori. *ibid.*
- 18 Ne pelues aut vasa exponantur pro elemosyna, sed capsula permitti possunt. *ibid.*
- 19 Extra ordinē, oratio 40. horarū ne fiat alicubi sine Episcopi licentia. Prou. 2.
- 20 In feria 5. Cœna Domini saltem vnus Sacerdos, aut sacris initiatus exebet in

- in oratione. Prou. 5.
- 21 In feriis sextis paulo ante horam nonam detur signum salutationis Angelicæ. Prouinc. 2.
- 22 In Sabbatis laudes. B. Virginis per Antiphonam Salve Regina, canantur Vesperi in Parochialibus. Prouinc. 3.
- 23 Quotidie statuatur oratio pro defunctis prima hora noctis, dato campana signo. Prou. 6.
- 24 Sabbatis quatuor temporum sub vesperum conueniant populi ad Ecclesias Parochiales ad pias preces, tum pro ordinatis, tum pro beneficiis acceptis. Prou. 4.
- 25 Imminentibus calamitatibus ea ratio ineatur, vt sine intermissione fiat oratio, à Clero, & populo. Prou. 3.
- 26 Nimbis, procellisue imminentibus campanæ sonentur, vt fiant preces in Ecclesia, saltem à Clero. Prou. 4.
- 27 Pro temporum ratione certa hora statuatur ad communem orationem, etiam domi habendam, datis iecirco campanarum signis. Prou. 3.
- 28 Stata prece, adhibeatur benedictio ante cibum, & post eam gratiarum actio. Prou. 5.
- V. Confraternitates. n. 23. Regularium iura sub Episcopis num. 19. 20.*

ADDITIO.

- 1 Non tenentur Regulares accedere ad Ecclesias extra propria Monasteria pro celebratione orationis 40. Horarum, decisum refert *Genuens. in praxi Neapol. cap. 64. num. 3.*

Oratorium.

- 1 **A** Edificatio, aut vsus Oratoriorum partius concedatur. Prou. 1.
- 2 Ne sit in partibus interiorum ædiū, sed separatim ab aula, triclinio, cellis, *ibid.*
- 3 Neque ita angustum sit, vt è fenestris audienda sit Missa. *ibid.*
- 4 Rariùs ibi celebretur, & diebus concessis à Sede Apostolica tantum. *ibid.*
- 5 Quæ in viis extruuntur, ne sint in capis, & sint sine altari. Prou. 4.
- 6 Cancellis muniantur, & fenestris clathratis. *ibid.*

- 7 Valuis etiam, & clauis penes Parochum *ibid.*
- 8 Neque extra, nisi in loco alto, pingantur ibi sacre imagines. *ibid.*
V. Imagines sacra num. 14. 15. Missa num. 18. 19. 20. Reliquie sanctorum num. 47.

Ordo in genere.

- 1 **O** R dinationes fiant stas temporibus, in Cathedrali, presentibus Canonicis, publice, vel in digniori Diocesis Ecclesia, si in Diocesi sit Episcopus. *Trid. sess. 23. cap. 8.*
- 2 Ab alieno Episcopo nemo ordinetur sine testimonio Ordinarii de vita, & moribus. *idem ibid.*
- 3 Dimissoria litteræ dari non possunt nisi ab Episcopis, intra quorum fines existunt exempti. *idem ibid. cap. 10. V. Litteræ dimissoria num. 1. 2. 3.*
- 4 Dispiciantur ordinandorum genus, Persona, ætas, institutio, mores, doctrina, fides, ab Episcopo, opera virorum prudentum. *idem ibid. cap. 7.*
- 5 Genus, nam potest Episcopus ordinare subditū sibi ratione originis, seu domicili, seu beneficii. *DD. communiter.*
- 6 Origo patris inspicitur. *Barbos. cum aliis alleg. 4. num. 4.*
- 7 Matris in illegitimo attenditur. *idem ibid. num. 15.*
- 8 Exposito origo attenditur ex loco, in quo fuit expositus. *Gratian. d. sept. for. cap. 75. num. 12.*
- 9 Domicilium est locus perpetuæ habitationis. *Mench. cons. 3. 29. num. 33.*
- 10 Habitatio continua per decennium æquualet domicilio. *Barbos. loc. cit. num. 28. 29.*
- 11 Ratione beneficii, si plura habet, à quouis Episcopo illorū. *Barb. ibi. n. 51.*
- 12 Habita beneficii possessione, ne dum collatione, quæ sola non sufficit. *Garz. par. 2. cap. 4. num. 16. 17.*
- 13 Filii hebræorum non excluduntur ab ordinibus. decisum refert *Armendar. lib. 1. tit. 21. l. vnica num. 6.*
- 14 Potest etiam Episcopus ordinare Natiuos alibi natos, sed degentes in monasterio Diocesis, non autem potest eorum Abbas. *Barbos. allegat. 2. num. 8. & alleg. 4. num. 62.*

- 15 Persona nam hi simpliciter ordinari non debent.
 Illegitimè nati. Neophyti intra biennium. Ricciul. *de iure pers. de Neoph. cap. 10. num. 9.*
- Corpore vitia. Ebriosi.
- Insigniter deformes. Impudici.
- Epileptici. Minores natu.
 Amentes. Rudes, & ignari.
 Serui. Lapsi post ordinem.
 Infames. Peregrini, & ignoti.
 Usurarii. Bigami.
 Peruiri. Irregulares aliis modis.
 Criminosi. Irregulares aliis modis.
 Solemniter pœnitentes. Censuris ligati.
 Ratiociniis obligati.
- Hæc ex Prou. 4.
- 16 *Æas*, de qua in titulis sequentibus.
- 17 Doctrina, conueniant urbani ad examen feria 2. Diocesani ante feriam quartam temporum. Prou. 4.
- 18 Ne examinetur, qui sine habitu decenti accesserit. Prouinc. 5.
- 19 Examinatus ab Episcopo, qui dat dimissorias; debet rursus examinari ad ordinante. Trid. *sess. 12. cap. 11. & probat Barbof. alleg. 7. num. 22.*
- 20 Dispensatio interstitiorum pertinet ad Episcopum ordinandi, non ad ordinantem. Congr. Episc. 9. Aug. 1563.
- 21 Interstitia ipsa attendunt secundum eorum cursum, non autem per 12. menses, ead. 15. Apr. 1592. & DD. apud Barbof. *alleg. 18. num. 2.*
- 22 Initiatus alieno Episcopo ferat testimonium de ordine suscepto. Prou. 4.
- 23 Nemo ordinetur, qui Ecclesiæ, aut pio loco non adscribatur, & si locum deferat, Episcopo inconsulto, ei sacrorum exercitium interdicatur. Trident. *sess. 23. cap. 16.*
- 24 Dominico die ante indictam ordinationem in Parochialibus processio cū litanis habeatur. Prou. 2.
- 15 Præter candelam nihil accipiatur, nõ pannus, pecten, &c. Congr. Episcop. 2. Ianuar. 1607.
- 16 Nihil item accipiatur ab Episcopo pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus, aut sigillo, neque sponte oblatum, neque accipiatur à ministris. Trident. *sess. 21. cap. 1.*
- 27 Pro singulis dimissoriis, aut testimonialibus Notarii, ubi non viget contraria laudabilis consuetudo decimam tantum aurei partem accipere possunt, dummodo salarium nullum sit eis constitutum. idem *ibid.*
- 28 Neque inde vlla partem emolumentum Episcopus habeat. *ibid.*
- 29 Regulares nõ professi tenentur iisdem legibus, quibus sæculares in ordinibus suscipiendis Pius V. A. 1568. & Nouitius dicitur habere domicilium in Diocesi Nouitiatus. Nald. *ordo. num. 10.*
- 30 Sub pena suspensionis per annum Episcopo à collatione ordinum. Pius V. *ubi supra.*
- 31 Finito anno cessat suspensio absque alia absolute.
- 32 Neque potest Episcopus ordinare monachum exemptum sine licentia proprii Abbatis, aliàs ipso iure alienus est à communione Episcoporum, & contentus sit communione suæ Diocesis. Barbof. *alleg. 111. num. 17.*
- 33 Regularis degens in monasterio sito in loco nullius Diocesis debet ordinari ab Ep. viciniore. Nald. *v. ordo. n. 26.*
- 34 Dimissoriae dentur à superioribus Regularium. Trid. *sess. 23. c. 8. & probat Barbof. alleg. 7. nu. 31.*
- 35 Sed ad Episcopum Diocesenum, in cuius Diocesi est monasterium ordinandi. Clement. VIII. 15. Martii 1596.
- 36 Qui si fuerit absens, vel non habitus ordinationes ad alium dirigi poterit, facta in dimissoriis mentione de absentia, seu de non habenda ordinatione. idem *ibid.*
- 37 Sub pena priuationis vocis actiua, & passiua, officii, & dignitatis, & aliis arbitrio Papæ, reservatis eidem. idem *ibid.*
- 38 Episcopus præsens, per alium Episcopum ordinationes habens, non dicitur absens, & ideo, Regulares alios concedere non possunt, Tamburin. *de iure Abb. tomo 2. disp. 2. q. 18.*
- 39 Examinandi vero sunt Regulares ab Episcopo ordinante. Trid. *sess. 23. c. 12.*
- 40 Interstitiorum remissio in Regularibus spectat ab Episcopo ordinantem; causam approbare pertinet ad superiorem ordinandi. decisum referunt DD.

- DD. apud Barbof. *allegat.* 18. *num.* 10.
- 41 Censuræ ratione ordinationis sunt. Qui extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel sine dimissoriis, ad sacros ordines se faciunt promoueri, suspensis ipso iure ab ordine. Plus II. Anno 1461.
- 42 Beneficiis item possunt priuari. *ibid.*
- 43 Ordinatus sine dimissoriis Ordinarii sui manet suspensus arbitrio Ordinarii sui. *Trid. sess.* 14. *cap.* 2.
- 44 Neque eum Episcopus admittat, nisi idoneum repererit, & interim eum suspendere potest ab ordinum exercitio, & ne ministret, interdicere. *ibid. cap.* 3.
- 43 Prohibitus à suo Prælato, ne ascendat ad ordines, ex quacumque causa, etiam occulta, sine eiusdem licentia promoueri non potest; neque item restitui, si est suspensus à suis ordinibus. *ibid. cap.* 1.
- 46 Conferens primam tonsuram nõ suo subdito suspensus est à solius primæ tonsuræ collatione per annum. Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *quest. vn. punct.* 4. *num.* 29.
- 47 Conferens alios ordines eidem suspensus est per annum à collatione omnium ordinum Trident. *sess.* 23. *c.* 8.
- 48 Nisi probabiliter ignoret, clericum esse alterius Diocesis. decisum refert Nauar. *conf.* 40. *de tempor. ordin.*
- 49 Conferens inuito primam tonsuram suspensus est ipso iure per annum à celebratione Missæ. DD. apud Barbof. *alleg.* 111. *num.* 3.
- 50 Conferens infanti suspenditur à collatione clericalis tonsuræ tantum, per annum. *ibid.* DD. *num.* 4.
- 51 Idem, si illiterato. *ibid.* *num.* 6. sed non est in usu hæc censura. Sã *Verbo suspensio, num.* 13.
- 52 Idem, si coniugato nisi velit ingredi religionem, aut promoueri ad sacros ordines, Barbof. *loco cit.* *num.* 10.
- 53 Ordinans eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos sacros ordines, suspenditur à collatione vtriusque, donec à Papa absoluat. *idem num.* 12.
- 54 Ordinans sacerdotem non idoneum suspenditur à collatione ordinis sacerdotalis. *ibid.* *num.* 11.
- 55 Ordinans in aliena Diocesi sine licentia expressa Ordinarii loci, aut de eius licentia sibi non subditos, suspenditur à Pontificalibus, & est reseruata
- Barth. Ganans.*

Papæ Trident. *sess.* 6. *cap.* 5.

- 56 Potest tamen Episcopus in aliena Diocesi sine licentia Diocessani conferre primam tonsuram subdito suo. Azor. *par.* 2. *leg.* 3. *cap.* 8. *quest.* 5.
- 57 Ordinans eum, quem scit solemniter egisse pœnitentiam, vel scit esse bigamum, suspenditur per annum à celebratione Missæ. Barbof. *loco cit.* *n.* 15.
- 58 Ordinans aliquem accepto iuramento; vel promissione de non inferendis molestiis super eius prouisione, per triennium est suspensus à collatione ordinum. *ibid.* *num.* 18.
- 59 Ordinans simoniacè, & conferens primam tonsuram suspensus est à Pontificalibus, & ab Ecclesiæ ingressu interdictus, cum reseruationem absolutio- nis Papæ ipsi, & non Pœnitentiario, alias nulla est absolutio. Sixtus V. Anno 1588. Clement. VIII. Anno 1595.
- 60 Si adhuc se ingesserit priuatus sit ipso facto, etiam Episcopatu, nedum beneficijs, cum reseruatione Papæ. *ibid.*
- 61 Titulares Episcopi, etiam in loco nullius Diocesis aut exempto, conferentes ordines seu primam tonsuram alicui non habenti dimissorias, etiam si habeant priuilegium promouendi quocumque accedentes, incurrunt suspensionem à Pontificalibus reseruata Papæ. *Trid. sess.* 14. *cap.* 2.
- 62 Quomodo supplenda sint ommissa in ordinatione, Vide Syll. *Ordo.* 2. *quest.* 10. 11. 12.
- V. Abbas n.* 21. *& seq. Capitulo sede vacante n.* 26. *& seqq. Cessatio à diuinis. n.* 8. *Familiaris Episcopi. num.* 3. *& seqq. Interdictum n.* 40. *& seq. Irregularitas. nu.* 35. *& seqq. Simonia. num.* 9. 10. 11.

ADDITIO.

- 1 O Rigo patris attenditur, vbi scilicet domicilium habuit Pater. *sanch. cum alijs de matrem. l.* 3. *disp.* 23. *num.* 3.
- 2 Domicilia duo quis habere potest in diuersis Diocesis, si ferè æqualiter habitet in vno ætate, in altero hyeme, & subditur duobus Episcopis. Barbof. *Cum alijs de por. Episc. alleg.* 4. *num.* 38.
- 3 Feudatarij, licet alibi habitent, dicuntur habere domicilium in loco feu-

L di:

- di; item, & filiorum *idem ibid. n. 32.*
- 4 Perpetuum officium apud Principem dat ius domicilii pro ordinibus. *l. senatores. C. de incolis.*
- 5 Ratione beneficii simplicis, immo & tenuis iuncto patrimonio potest quis ordinari *Barbos. supra num. 44. 46.*
- 6 Ordinatus ab vno Episcopo, quouis titulo, non potest alios ordines accipere ab alio sine licentia prioris Episcopi. *Molfes. in summ. tr. 2. cap. 2. num. 10.*
- 7 Cum Regularibus mitius agi potest circa scientiam, quam cum secularibus. *Barbos. loco cit. alleg. 45. num. 14.*
- 8 Regulares participantes in privilegiis Greg. XIII. societatis Iesu, & Clem. VIII. S. I. in Portugallia, possunt ordinari, non seruatis interstitiis, neq; præuia functione priorum ordinum, & extra tempora. *Dian. tom. 2. mor. resol. tr. 2. de dub. regul. resol. 31. 32. & 112.*
- 9 Ordinatus per saltum est suspensus ab eo tantum ordine, quem per saltum suscepit. *Sylu. v. irregularitas. quest. 11.*
- 10 Conferens ordinem non suo subdito suspensus est à collatione ordinis male collati tantum, per annum. *Molfes. cum alijs in summ. tr. 2. cap. 2. num. 12. contra Barbos. qui à collatione omnium docet esse suspensum.*
- 11 Suspendio ob malam ordinum collationem per Pium II. est Papæ reseruatæ. *Barbos. loco cit. alleg. 17. num. 14.*
- 12 Infantes expositi, cum adoleuerint, habentur pro legitimis ad ordines factos, nisi probetur oppositum. *Dian. 2. par. tr. 1. M. sc. II. resol. 22.*

Ordines minores.

- 1 **M**itibus, etiam quod non sint prælati, denegatur prima tonsura. *Cong. Episcop. 30. Augusti 1619.*
- 2 Vitramontanis ne conferatur prima tonsura, nec ordo minor, nisi cum dimissorijs prius recognitis à Nuncijs, & postea à Vicario Vibis, sub pœna promouentibus suspensionis ad annum à Pontificibus; promotis autem perpetua suspensionis eo ipso. *Vrbani VIII. Anno 1614.**
- 3 Itali prima tonsura, aut minoribus ordinibus ab alieno Episcopo cum falsis dimissorijs initiati non gaudent privilegio fori, *idem ibid.*
- 4 Prima tonsura non initientur, nisi prius confirmati. *Trident. sess. 23. cap. 4.*
- 5 Fidei rudimenta sciant; & legere, & scribere, & coniectura sic probabilis, eos Deo seruire velle. *idem ibid.*
- 6 Afferant probationes de legitimo matrimonio, seu dispensatione. De origine, vel decenniali domicilio. De doctrina, & moribus à Parocho. De Doctrinæ Christianæ scholis frequentatis. De Confirmatione. De spe ad vltiora. De frequenti Sacramentorum vsu. *Hæc Prou. 4.* De aetate, quæ debet esse 7. annorum. *cap. in singulis. 77. dist.*
- 7 Potest autem conferri prima tonsura qualibet die. *Barbos. alleg. 11. num. 19.* & in aliena Diœcesi. *V. ordo in genere. num. 56. Sed cum sola saltem. S. a. ordo num. 32.*
- 8 Ad minores ordines, testimonium habeant à Parocho, & magistro scholæ. *Trid. loco cit. cap. 5.*
- 9 Et præterea de tonsura, vel ordine suscepto. De functionibus præstitis in Ecclesia cui adscripti. De habitu clericali assidue gestato. De Sacramentorum frequenti vsu. *Hæc ex Prou. 4.*
- 10 Aetas Acolythi 12. annorum expletorum. *Moneta de distribut. parte 2. quest. 19. num. 11.*
- 11 Ijs conferantur, qui latinam linguam intelligunt, & quos scientiæ spes maioribus ordinibus dignos ostendat. *Trid. loco cit. cap. 11.*
- 12 Per interstitia temporum nisi aliud Episcopo videatur *idem ibid.*
- 13 Consuetudo conferendi simul primam tonsuram, & minores ordines retineri potest decisum refert *Armendar. ad recop. legum Navar. lib. 1. tit. 18. lib. 1. n. 57.*
- 14 Laudabilius est conferre singillatim minores, Innuit *Trident. sess. cit. c. 11.*
- 15 Possunt conferri in festis de præcepto. *Barbos. alleg. 11. n. num. 18. festis scilicet Diœcesis. Nald. ordo num. 2. in festiuis diebus duplicibus. Pont. Rom.*

- 16 Sine Missa, etiam à non ieiuno, sed mane. Barbof. *alleg. 14. num. 16.*
- 17 In domo Episcopali, & non Episcopali, non in loco interdicto. idem *allegat. 1. 1. num. 20.*
- 18 Vni, vel duobus, ne videatur ordinatio generalis. Sylu. *ord. 2. quest. 6. secundum.* Pluribus, quàm duobus, concedunt alij *ibid.*
- 19 Habens animum non ascendendi ad sacros ordines ob humilitatem, non facit contra Concilium. Navar. *cap. 25. n. 108. secus, si ut fugiat forum laicali.*
- 20 In regno Neapolitano antequam prima tonsura, seu ordines minores dentur, publicentur à Parocho initiandorum nomina, & hic transmittat testimonium de natalibus, & aetate, moribus ad ordinantem. Congr. Cathedralium 10. Julij 1623.*
- 21 Si dentur dimissoria, dētur vni, & certo Ordinario ad electionē concedentis cum mentione dictæ diligentiae. *ibid.*
- 22 Alias promotus ab executione collati, & à susceptione superioris ordinis perpetuò suspensus sit, & ordinans, seu dimissorias concedens à collatione ordinum eo ipso per annum. *ibid.*
- 7 Neq; possunt obligari fructus talis beneficii, nec hypothecari. *ibidem. nu. 48.*
- 8 Potest ordinari quis ad titulum beneficii, cuius tamen fructus non percipiet, nisi post Sacerdotium. decisum refert Garz. *par. 2. cap. 5. num. 110.* & Barbof. *alleg. 19. num. 29.*
- 9 Ad patrimonij titulum, seu pensionis, non nisi pro necessitate, vel comoditate Ecclesiarum Episcopi, & sit redditus certus, & sufficiens. Trid. *sess. 21. cap. 2.*
- 10 Non potest hoc matrimonium, neque pensio alienari, nisi ad sit aliunde victus. *ibid.*
- 11 Pactum, & conditio in patrimonio de eo reddendo, cum ordinatus habuerit aliunde, unde vivat, non est contra Concilium. Garz. *d. c. 5. n. 169.*
- 12 Et item ad vitam tantum ordinandi. Congr. Episcop. 12. Aprilis 1556. apud Naldum *ord. num. 17.*
- 13 Alienatio patrimonij, adveniente beneficio sufficiente, valet etiam facta sine licentia Episcopi, DD. apud Barbof. *alleg. 19. num. 83. 89.* Negant alij. *ibid. num. 90.*
- 14 Bona huius patrimonij habent privilegia, quæ conceduntur à iure bonis Ecclesiasticis. Barbof. *ibid. num. 91.*
- 15 Publicentur hoc patrimonium à Parocho, intra cuius limites maior est illius census. Prou. 4.
- 16 Qui promittit, & cui promittitur victus, donec aliunde habuerit, iurent, sine dolo, & verè id fieri, pœna suspensionis proposita, & inhabilitatis alios ordines. Prou. 5.
- 17 Neque hæc promissio admittatur nisi ob penuriam sacerdotum. *ibid.* & decisum refert Barbof. *citato num. 72.*
- 18 Ob delictum non potest patrimonium applicari Episcopo; sed redeat ad eum qui promissio sub pœna nullitatis. *ibid.*
- 19 Ordinari potest quis ad titulum donationis alicuius, si vera est, arbitrio Episcopi, neque potest alienari. decisum refert Garz. *d. c. 10. 5. num. 89.*
- 20 Item ad titulum Missæ tot Clerici ordinari possunt, quot congruenter sustentari possunt, & tenentur inferuire Ecclesiæ, ac si essent beneficiati. Congr. Episcop. 16. Martij 1593.

Ordines maiores.

- 1 **Q**ui maioribus sunt initiandi, ad singulos ordines ante mensem Episcopum aſteant, qui committat Parocho, aut alteri, ut eos publicent in Ecclesia, & de natalibus, aetate, moribus, & vita inquirat, & testimonium transmittat. Trident. *sess. 23. cap. 5.*
- 2 Nemo admittatur ad sacros ordines nisi cum sufficienti beneficio. idem *sess. 21. cap. 2.*
- 3 Neque poterit resignari, sub pœna nullitatis. *ibid.*
- 4 Et admittens resignationem debet eum alere. Pius V. Anno 1568. & decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 19. num. 47.*
- 5 Neque potest resignare, licet cum iuramento extet promissio; decisum refertur. *ibid. num. 46.*
- 6 Neque potest permutari, nulla facta mentione de titulo. decisum referunt DD. apud eundem *ibid. n. 43.*

- 21 Non potest ordinari ad titulum mensa Episcopi eadem 20. Febr. 1590.
- 22 Neque ad titulum Seminarii, nisi ob beneficium Seminario unitum, vel sub certa assignatione fructuum causa inferuendi beneficio unito Seminario. decisum referunt Garz. d. cap. 5. num. 104. & Barbof. d. alleg. 19. num. 31.
- 23 Neque ad titulum insignis litteraturæ. decisum refert Barbof. loco cit. nu. 72.
- 24 Neque si ex arte musica, vel alia possit habere, unde uiuat; decisum refert Garz. d. cap. 5. num. 126.
- 25 Ordinatus sine titulo non est suspensus, sed Episcopus tenetur eum alere. decisum referunt DD. apud Barbof. alleg. num. 20. 27.
- 26 Ordinatus sine titulo, non promouetur alios ordines. decisum referunt DD. apud Barbof. ibid. num. 12.
- 27 De familiaribus Episcopi vide sup. proprio titulo.
- 28 Regulares titulo paupertatis ordinantur, sed iurent coram Episcopo se sponte professionem solemnem emisisse, aut ratam habuisse. Prouinc. 5.
- 29 Examen pro maioribus ordinibus fiat coram Episcopo. ibid.
- 30 Ad Subdiaconatum ne admittatur ante annum. 22. ætatis. Trid. sess. 23. cap. 12.
- 31 Et non nisi post annum à suspectis minoribus, nisi adsit necessitas, aut Ecclesiæ utilitas. ibid. cap. 11.
- 32 Neque admittatur imperitus Canonicatum Horarium. Prou. 5.
- 33 Doceat de denunciationibus factis in Ecclesia.
De ætate.
De cœsu cum publicatione eiusdem.
De exercitationibus spiritualibus per dies aliquot.
De interstitiis, seu causa dispensandi. Prou. 4.
De exercitio minorum ordinu: Trid. sess. 23. cap. 13.
- 34 Ad Diaconatum ne admittatur, nisi post annum à Subdiaconatu, arbitrio tamen Episcopi. Trid. ibid.
- 35 Neque ante 23. ætatis annum. idem ibid. cap. 12.
- 36 Doceat de exercitio Subdiaconatus, idem ibid. cap. 13.
De denunciationibus.
- De ætate. Prou. 4.
Ad sacerdotium ne admittatur, nisi post annum à Diaconatu, nisi Ecclesiæ utilitatis, ac necessitas aliud suadeat. Trid. loco cit. cap. 14.
- 38 Sit aptus ad docendum populum, ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & ad ministranda Sacramenta, item pietate, & castis moribus sit conspicuus. Trident. ibid.
- 39 Doceat de denunciationibus.
De ætate.
De exercitationibus spiritualibus.
De interstitiis, seu causa dispensandi. Prou. 4.
- 40 Regulares obseruent eadem, quæ supra, & examinentur ab Episcopo. Trid. loco cit. cap. 12.
- 41 Doceant de natalibus, & ætate.
De ordine proximè suscepto.
De progressionem in Ecclesiastica disciplina.
De ministerio in Ecclesia.
De exercitio functionum.
De frequentia Sacramentorum.
De interstitiis, seu causa dispensandi, cuius iudicium erit Episcopi. Prou. 5.
- 42 Duo facti ordines eodem die ne conferantur. Trid. loco cit. cap. 13.
- 43 Non nisi in Missa conferantur: cap. quod sicut elect.
- 44 Extra tempora, quando conceditur ordinatio in diebus festis, intellige, de præcepto, quia in priuilegio dicitur: in Dominicis, seu alijs festis: hoc est, quæ æquiparantur Dominicis.
- 45 Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex causa potest dispensare. Trident. cap. 14. V. Regularium iura sub Episcopis. num. 23.

A D D I T I O.

- 1 Patrimonium potest constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione, quod, si redimantur, pecunia ex Decreto Iudicis deponatur apud idoneas personas ad effectum reinuestiendi. Congr. conc. 2. Junij 1629.
- 2 Patrimonium valet clerico assignatum à patre in bonis, que sunt directi domini Ecclesiæ, & de quibus soluitur quadam rata fructu in recognitionem, quatenus

- tenus utile dominium à parte trāsferri queat, & ad victum clerici sufficiat. *ead.* 7. *sepr.* 1630.
- 3 Patrimonium non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui ad faciendas curationis impensas, etiam ex decreto iudicis, & etiam si nihil aliud possideat. *ead.* 5. *Febr.* 1604.
- 4 Ad Diaconatum non potest quis ordinari, promotus ob vilitatem alicuius Ecclesiæ, ab alio Episcopo, sub quo domiciliū habet; sed debet ab eo, qui eum subdiaconum creauit, nisi cum huius licentia discesserit. *ex Trid. sess. 23. cap. 16.*
- 5 Ob multitudinem ordinandorum, si desit tempus, qui in sabbato ordinari non possunt in sacris, continuato ieiunio ab ordinante, & ordinandis, possunt ordinari in sequenti die Dominico. *Henriq. lib. 10. cap. 12. num. 12. Dian. tom. 1. tr. 16. resol. 28.*
- 6 Non tamen in sabbato conferri potest vnus ordo sacer, & alter in Dominica, cōtinuato ieiunio, sub pœna suspensionis Papalis. *Nau. in Man. cap. 25. num. 71.*
- 7 Qui obtinet à Papa ordinari post tribus diebus festis, non potest in sabbato quatuor temporum, & in Dominica sequenti duos recipere ordines sacros. *Suar. de cens. disp. 3. sec. 1. n. 40. 42.*
- 8 Tres dies festos intelligi de duplicibus non feriat, docent *Rodrig. tom. 2. de regular. quæst. 23. ar. 5. Facund. de quinque præc. l. 1. cap. 2. num. 12.*
- 9 Sed Azor, cui adhæreo, *par. 2. l. 1. cap. 27. qu. 19.* intelligit de feriat à populo.
- 10 Licet Concilium Trid. in ordinando ad titulum patrimonij necessitatem, ac vilitatem requirat Ecclesiæ; tamen intellige illud, ac pro, vel *Congr. conc. 17. Mart. 1619.*

Parochia.

- 1 Ità distinguantur Ecclesiæ Parochiales, vt quisque habeat proprium Parochum, & vbi non sunt Parochiales Ecclesiæ, fiant quàm primum. *Trident. sess. 24. cap. 13.*
- 2 Quorum Parochialium fructus adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curet Episcopus per beneficiorum non regularium vnionem, aut primitiarum, vel decimarum assignationem, vel parochianorum symbola, aut alia ratione, sufficienter eos augeri. *idem ibid.*
- 3 Vbi populus est numerosus, cui vnus non sufficit Rector, adiungantur alij, & cogantur Rectores. *idem sess. 21. c. 4.*
- 4 Vbi ob locorum distantiam parochiani non sine magno incommodo Sacramenta percipere possunt, & diuina officia audire, nouæ Parochiæ fiant, Inuitis etiam Rectoribus. *idem ibid.*
- 5 In erectione nouæ Parochiæ, seu separatione Parochiarum, non requiritur consensus parochianorum. *Ricciull. in praxi. resol. 476. an 2. edit. nu. 6.*
- 6 Neque consensus Parochi primæ Ecclesiæ, dummodo sine illius præiudicio fiat. *decisum refert Praxis noua Ep. par. 1. cap. 5. num. 1.*
- 7 Ecclesia simplex potest ex causa erigi in Curatam. *Garz. par. 12. cap. 5. n. 2.*
- 8 Non tamen beneficium simplex in Curatum. *decisum refert, cessante causa, & necessitate. Garz. ibid. num. 3.*
- 9 Parochis nouis assignetur competens portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad matricem Ecclesiam, quomodocumque pertinentibus, & si est necesse, compellatur populus ad subueniendum. *Trident. loco cit. cap. 4.*
- 10 Parochiales collapsæ, etiam si iurispatronatus sint, reficiantur ex fructibus quibuscumque ad eas prouenientibus. *idem ibid. cap. 7.*
- 11 Si non sufficiunt, patroni, & alij, qui fructus aliquos percipiunt, item parochiani compellantur, aut si nimia est egestas, transierantur ad matricem, seu viciniores Ecclesias. *idem ibid.*
- 12 Valent prædicta etiam in Parochialibus Regularium. *Decisum refert Fran. Leo in thes. for. par. 2. cap. 2. num. 69.*
- 13 Canonici residentes in Cathedrali, & clerici eiusdem censentur de Parochia Cathedralis, non autem de ea, in qua habitant. *Nald. Parochia num. 13.*
- 14 Si non resident, sunt de ea, in qua habitant. *idem ibid.*
- V. Benef. vnio num. 11. 12. 13. 14.*
Benef. mutatio num. 1. 3.
Decima num. 9. 16. 19. 33.

Barth. GANM.

L 3 AD.